Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

dedit alapam ihesu dicens. sic respondes pon-
tifici. Respondit ihesus si male locutus sum etc. usque
quid me cedis. Eya qualis patientia christi
O christiane audi et compatere filio dei qui hec
mala sustinuit pro te patienter. Ysaias Non
clamabit neque accipiet personam nec
audietur vox eius foris. non dixit quod clamans
taliter affligentes me sed obmutuit quasi
agnus. Ysaias Sicut ovis ad occisionem etc. Eya
bone homo in qualibet tribulatione et necessitate
revoca ad memoriam passionem ihesu christi
que fuit nimis amara nam ita inimici tor-
dit ipsum pertransierunt quod non erat vir (?).
Ego sum vermis et non homo etc. ¶ Secundo dolere
potuit caput propter spineam coronationem
Matthaeus. plectentes coronam de spinis posu-
erunt super caput eius immo imprimebant
capiti et punctura eius sanguinem
producunt. Bernardus. Attende anima mea quis est
iste homo in ymagine quasi regis. inchoavit (?)
ficti de spectissimam confusione replevit.
coronatus incedit. sed corona eius tortura
est illi quia mille punctis speciosum eius verticem
vulnerant. immo quod plus fuit ipsum in eadem
corona et veste purpurea indutum contu-
meliose mitterat (?) ferro adorantes et salu-
tantes dixerunt Ave rex iudeorum. Bernardus
Regali purpura indutus sed in ea potius
despicitur quam honoratur. sceptrum
manu gestabat sed in eo venerandum eius
caput ferit. adorantes coram eo incur-
vata positis genibus regem clamant et
garriunt (?) ad conspuendum amabiles genas
dissoluunt malas maxillas palmis conc-
utiunt et honorabile collum exhonorant
ecce homo sub tali forma christus pro te finivit
suam vitam. qui proculdubio si in peccato
inveneris. tali corona te coronabit sed
quasi eternum supplicium patieris. Ysaias Co-
ronans coronabit te in tribulatione et
quasi pilam mittet te in terram latam et
spatiosam. ibi absorberis et cetera.

¶ Tertio caput doluit propter magnam vociferationem
christus enim tam vehementer clamavit pre doloris
acerbitate quod in summum guttur eius
pre nimia acuitate raucum factum est. Psalmus
Laboravi clamans etc. Clamavit quasi
lamentando omnibus penam suam maxime et
precipue patri. Matthaeus. Deus deus meus ut quid dereliquisti
me. Clamabat autem ihesus a patre se dere-
lictum non quod divinitas ab humanitate sit
separata sed quia ita tradita erat a patre ca-
lamitatibus quod a deo derelictus videbatur.
Et ita clamavit quod hanc vocem omnes
homines libenter audire vellent. Audi in-
vide quod deus tuus clamavit. Is utique quod dicere (?)
Luce. pater dimitte illis etc. Eya homo
dimitte hodie rancorem omnibus hominibus
propter illum quod audis tanta et talia pro te
sustinuisse. Sed quia paucos imitatores
habet. Ideo conqueritur Trenorum. Audierunt quia inge-
misco ego et non est qui consoletur me super
omnia mea. foris interficiens (?) et me dul-
ciat consolando. Psalmus. Consolantem me quesivi et non
inveni. Multum enim consolaris. quam omnibus tribula-
tionibus tuis molestiam tibi illatam ex corde di-
mittis. Unde dimittite et dimittetur vobis etc. Insu-
per clama ad deum forti voce ammonendo
eum minime de hijs clamoribus ne tui obli-
viscatur positus in extremis ¶ Quarto
caput doluit propter nimiam debilitationem
omnes enim sensus sui corporis et capitis non
immerito debilitari poterant quia tam per sanguinis
expressionem quam in placentarum (?) verberum
resolutionem debilitabatur. Job. Facies mea
intumuit a fletu et palpebre mee
caligaverunt. Ysaias Caligaverunt oculi mei
etc. Psalmus. Ego autem tamquam surdus non audiebam etc.
Postremo enim ad tantam venit debili-
tatem capitis quod nullum [struck] quietis lo-
cum posset habere ut dixit. Lucas. Vulpes
foveas etc. usque reclinet. Nam ipsum caput
more consueto sursum tenere potuit sed
lenter cadere permisit. Unde conscriptum est dicere (?)